

NICOLAUS BRYLINGERVS

Candido Lectori S.

EN adolescens ingeniose, nouum Terentium, Ro/
mae non natum, sed in Christiana schola & natum
et educatū: nempe Comœdias aliquot et Tragœdias,
cū ob sermonis puritatē, tum ob sanctissimi argu/
mēti dignitatē, in theatra publica, et scholas Christia/
nas, imò in bibliothecas tam Cesarū et regum, quàm
principū et ciuitatū ultrò accersendas: posteris exem/
plū insigne relinquentes, ne in prophanis et turpibus
rebus ingenia tam egregia et felicia, sed in sacris &
diuinis scriptis se exercerent, ut ad innocuos pueros,
qui Latine linguae rudimenta imbibere student, fru/
ctus aliquis salutaris, non innocuus: ad mores candi/
dos, non ad lasciuos & amatorios accommodus de/
ueniret. Verū nolo longa præfatione uti, ne quis fu/
cum inesse putet. Argumenta ipsa satis ea, quæ dixi,
affirmabunt esse uerissima. Vale Lector Christiane:
& ora dominum, ut multos scriptores talium Co/
mœdiarum & Tragœdiarum nobis det. Basileæ
ex officina nostra typographica, Anno M. D. XL.
Mense Septembri.